



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2202. Die Markgrafen Otto und Conrad sichern dem Bischofe Withego v.
Meißen für seine Besitzungen ihren besonderen Schutz zu. Ohne Datum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

vero titulo pheedali. Illi autem, quos dictus Gunccelinus in dictis terris in pheedaverit, non facient aliquam municionem sive castra, nisi fuerit de dicti comitis voluntate. Quod autem prescriptus Gunccelinus in prehabitis terris subsistere poterit, et subsidium expensarum habere valeat, sepedictus comes eidem dare debet in festo sancti Martini centum et quinquaginta marcas Zwerinensium denariorum singulis annis percipiendis, aut ipse comes in fratris amicitia ordinabit; et si etiam predictum Gunccelinum de medio tolli contigerit, dicta bona ad ipsius fratres libera revertentur. Vt autem hec inviolabiliter conserventur, presentem literam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari, adhibitis nichilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: comes Guntherus de Lindow et dictus comes et frater suus, qui promiserunt supradicta observare sub fidei dacione: Bertrammus de Bentz, Beteko de Ecstede, Johannes de Putlest, Tidericus de Wofterbusch, Johannes de Stegelyz, Conradus de Quittfow, Johannes Crochere, Johannes dictus Man, milites, et alii quam plures fide digni. Acta sunt in Vriensten, anno domini M^oCC^oLXXVI^o, III nonas Augusti.

Meissenburgische Jahrbücher XI, 262.

2202. Die Markgrafen Otto und Conrad sichern dem Bischofe Withego v. Meissen für seine Bestigungen ihren besondern Schutz zu. Ohne Datum.

Nos Otto et Conradus, fratres, dei gracia marchiones de Brandeburg, tenore presentium protestamur, quod cum terra nostra Budesinensis et alie adiacentes provincie essent in statu tam turbido et peruerso, quod quilibet pro libitu, dei et salutis sue immemores, episcopatum Misnensem non vererentur inuadere spolijs, incendijs et rapinis. Et ut nos talibus inuasionibus et iniurijs succurrere dignaremur, venerabilis pater dominus Withego, Misnensis episcopus, nostram in hoc capitans beniuolenciam, quinquaginta marcas argenti liberaliter nobis dedit. Nos igitur sujs desiderijs grato affectu succurrere cupientes, bona Misnensis ecclesie omnia terris nostris adiacentia in nostram proteccionem recipimus, volentes non solum nunc sed tempore quolibet in futuro, vt advocati nostri in Budesin, quicumque pro tempore fuerint, ac alii nostri homines vniuersi predictum dominum episcopum et successores in possessionibus ecclesie semper protegant et defensent, addicientes quod bona Misnensis ecclesie tam libera quam infeodata in libertate tali manebunt, quemadmodum in priuilegio nostro dato super concordia, habita inter ipsum episcopum et Misnensem ecclesiam ex vna et nos ex parte altera, plenius est expressum. Rancorem quoque, si quem habuimus contra dictum dominum episcopum bono animo liberaliter relaxamus. Et ut inter nos et heredes nostros et Misnensem episcopum, qui pro tempore fuerit omnis dissensionis materia conquiescat, fideles nostros Lytherum de Palowe et Thyzonem de Paruwitz milites strenuos specialiter ad hoc pro nobis esse volumus obligatos, eorum accedente consensu, vt vna cum alijs militibus nostris terre Budesinensi

caueant, ne aduocati nostri, qui pro tempore fuerint in Budesin, aliquas exactiones seu iudicia sue iurisdictiones quascumque in bonis Misnensis ecclesie presumant aliquatenus exercere. Sed in libertate illa maneant, prout in priuilegio de quo supra fit mentio a nobis dato plenius continetur. Et vt hec ordinacio inuolabiler obseruetur, presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus duximus roborandam. Testes vero, qui huic ordinationi interfuerunt, sunt hij: dominus Meinherus vir nobilis, burgrauus Misnensis, dominus Conradus de Richere, aduocatus noster in Budesin, dominus Lutherus de Schriberdorf, dominus Tyzo de Panuwitz, nostri milites, dominus Bernhardus, prepositus Misnensis ecclesie, dominus Conradus, thesaurarius, dominus Johannes de Strele, dominus Arnoldus de Jericho, dominus Petrus de Cyce, canonici Misnensis ecclesie, et quam plures alii fide digni.
Datum . . .

Aus Dr. Neumann's Meissn. Urk.-Sammlung.

2203. Erzbischof Siegfried von Cöln stiftet die Vermählung der Markgräfin Kunigunde von Brandenburg mit dem Herzog Walram von Limburg, am 10. Januar 1277.

Godefridus (leg. Sifridus) archiepiscopus (Coloniensis) declarat, quomodo ratione sue utilitatis et commodi ac sue ecclesie procuravit et ad hoc opem et operam efficacem dedit, quod dominus Walramus, Illustris Dux Lymburgensis, inclytam dominam Cunegundim, domini Ottonis, illustris Marchionis Brandenburgensis filiam, sibi matrimonialiter copulavit, assignans eidem coram dicto archiepiscopo pro donis nuptialibus uniuersa bona, que ab ipso et sua ecclesia tenet in feudum, que bona his litteris idem archiepiscopus, ad instantias dicti ducis, et de consensu capituli sui concedit dicte domine Cunegundi et suis heredibus, si quos habuit (leg. habuerit), de dicto duce iusto feudali titulo possidenda. Datum Colonie, anno domini 1277, quarto idus Januarii.

Sifridus, Sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus recencet bona, que Walramus, Dux Lymburgensis, domine Cunegundi uxori sue pro dote et donis propter nuptias assignavit. Datum Colonie, anno domini 1277, quarto idus Januarii.

Regesten Belgischer Urkunden nach Ernst Histoire de Limbourg, publiée par M. E. Lavalleye, Tome quatrième, p. 333. Die Urkunden, die leider nicht in Abschrift beschafft werden konnten, berichtigen die Angabe des Dlugoss (oder vielmehr seines Editors), daß Kunigunde nach Bela's, ihres Verlobten, Tode „duci Luneburgensi“ vermählt sei. Im Jahre 1293 wurde Kunigunde, wie S. 359 f. in dem gedachten Geschichtswerke nachgewiesen ist, nach dem Tode Walram's, an Arnold den Jüngern von Jülich-Berg und Mültrepaß wieder vermählt.